

Vvedelius, Nicolaus Mareschalcus, quorum annales atque chronica multum curæ laborisque cum iudicio suscepti præ se ferunt, nec omit-
tendi sunt Ioach. Balckius, Melch. Nehelius, VVintherus, quorum
iste Chr. rhythmico celebris, hi nomine historiae civilis majorem fru-
ctum præbent: demum instar omnium esse potest Iohannes Micrali-
us, qui quum in reliquis, quæ condidit operibus, nomina auctorum
quibus usus est, prætermisisset, hic velut sub uno aspectu præcipuos
ponit, & annos atque acta pulchrè diligenterque contendit.

5. Nec nihil hic assecuti sunt Saxonici scriptores, præsertim
Crantzius, Dav. Chytræus, quiq; cum his in eodem studio versatus est
in Svevia Martinus Zeillerus, de Rugis etiam multa eruit Iohannes
Regkmannus in Chron. Lubecensi.

6. Episcopatus Caminensis, qui ab eo tempore, quo Pomera-
nia imperio, ipse Pomeraniæ olim sine singulari Ordinis imperii ju-
re ac dignitate innexus est, historia constat ex P VVuja, conf. H. Con-
ringius annot. ad Lampad. p. 311. & Sprenger in Lucern. p. 288.

7. Tabulæ Principum stirpis, quæ Gryphorum dicitur, sive confectæ,
sive illustratæ sunt à Davide Chytræo, Hier Henninges, Ant. Albitzio,
unde Duces Pomeraniæ descripsit Gualtherius Elga in Chronico Chro-
nicorum Polit à p. 1064 usque ad 1068. Iohanne Engelberto, Io Bu-
tovio, Mart. Marstallero, Rudolpho Diepholdo, curante Henrico Saa-
nemanno, Andr. Hildebrando, Elia Reusnero, Petro Bertio, Gabriele
Bucelino, Nicolao Rittershusio, Tobia VVagnero, Ph. Iac. Spenero,
& id genus aliis, qui tabulas genealogicas reliquerunt.

8. Tabulam Pomeraniæ Geographicam publicâ autoritate com-
posuit Eilhardus Lubinus, perinde ut Prusicam Caspar Henneber-
gerus, de quo aliàs diximus.

9. Proximum his est, ut tradamus de terræ ingenio atque ôpi-
bus, quæ ex solo proveniunt, sed quum id jam dudum factum sit
ab aliis, nunc satis habeamus nominare Severinum Cöbelium, qui de
electro, unde post Prusiam Pomerania celebratur, copiosè explana-
teque disseruit.

10. De actis Pomeraniæ novissimis graviter & egregiè com-